







Índice



FORMA DE LAS FVNCIONES CAPITVLARES. POR N. Rmo. P. Fr. Iuan de Castillo Gadea, Lector Iubilado, Calificador de la Suprema, Predicador de su Magestad, y Prouincial primera, y segunda vez de esta Prouincia de Granada.

DOmingo 23. de Setiembre, para que todas las acciones del Capitulo tengan el acierto, y lucimiento deuido, se dara principio, inuocando à la tercera persona de la Trinidad Sãtissima, y consagrandole deuidos cultos en Altar, y Pulpito, este seruirà de espejo à todos, despejando con despejo en sus discursos las pretensiones de algunos, como la harà esse dia el R. P. F. Iuan Despejo, Lector de Teologia, y Corrector de nuestro Convento de la Villa de Cabra. A la tarde perfeccionarà la obra en la Catedra, a poca costa, y desvelo, el R. P. Fr. Pedro de Costilla, Lector Iubilado, sustentandole Fr. Alonso del Pino, y dedicandole el acto à los Illustrissimos señores Caualleros Aguilares, Fundadores de aquesta graue Prouincia.

Lunes 24. continuarà la tarea ingeniosa el R. P. Fr. Miguel del Villar y Morales, Lector de Teologia de nuestro Conuento de Granada, siendo el blanco de sus morales viuezas los defuntos nobilissimos Fundadores nuestros. A la tarde coronarà la funcion en la Catedra el R. P. Fr. Frãcisco de Castilla, Lector Iubilado, y Regente de nuestro Convento de Antequera, resumiendo las objecciones Fr. Francisco de Almoguera, y dedicando el Acto â el Illustrissimo señor Obispo de Cordoua, assistiendo la Religion en su ausencia.

Martes 25. nos darà sin azar, y con viueza cõ la que naciò esse dia, predicando de su Concepcion sin mancha el R. P. Fr. Francisco Felipe, Lector Iubilado, y compañero de N. Rmo. P. Prouincial. A la tarde, jugarà con la espada de su ingenio en la Catedrà el R. P. Fr. Andres Padilla, Lector Iubilado, y Corrector de nuestro Conuento de Granada. Y le ayudarà a ello Fr. Leonardo de Illescas. Dedicanse las Conclusiones à el Tribunal santo de la Inquisicion de Cordoua. Y assistirà en su ausencia el Noble, y Venerable Gremio de señores Ministros de dicha Ciudad.

Miercoles 26. tendrà para sus aciertos en su idea vn buen tercero el R. P. Fr. Geronimo Zamorano, Lector Iubilado, y Corrector de nuestro Cõvento de Motril, predicando las excelencias de el que se preciò de serlo, professando nuestra Regla, como se dirà aquel dia de S. Francisco de Sales. A la tarde juntarà con sus respuestas la paz, y guerra en el Acto el R. P. Fr.

P. Fr. Alonso Guerrero, Lector de Teologia, y Corrector de nuestro Real Conuento de Malaga. Sustentarale Fr. Francisco de Paula. Y presidirà la Nobilissima Ciudad de Ezija, à quien le dedica el Acto.

Iueues 27. vocearà la presencia Real de Christo en la Eucaristia el R. P. Fr. Ignacio Conde, Lector Iubilado, y con sus conceptos declararà el Misterio, sin hazer de ellos misterios, aunque todo es Sacramento. A la tarde no avrà sombras en la Catedra con la presidencia del R. P. Fray Manuel de Alva, Regente de nuestro Convento de Granada. Sustentarale Fr. Francisco Miguel, y se dedican à el Excelentissimo señor Duque de Sessa. Y assistira en su lugar N. Rmo. P. Prouincial Fr. Iuan de Castillo Gadea.

El dia 28. saçonarà con la sal de su dezir el gusto de los oyentes, sin ser dañoso à ninguno el R. P. Fr. Antonio de Saldaña, Lector de Teologia de nuestro Convento de Ezija, predicando de el segundo Taumaturgo de la Iglesia N. SSmo. Padre. Presidirà Conclusiones el R. P. Fr. Alonso de Castrouerde, descubriendo los verdores de su ingenio, como lo esperamos todos. Y las sustentarà Fr. Francisco Gonçalez. Dedicanse a el Ilustrissimo señor Don Garcia de Medrano. Y assistirà en su lugar el graue, y venerable Gremio de la Vniuersidad de Ezija.

El dia 29. se ha de hazer la eleccion de Corrector Prouincial: y despues de la Procession à la Parroquia de señor Santiago: predicarà en ella, como vn Angel hablando de San Miguel el R. P. Fr. Manuel de Alva y Ceuallos. A la tarde, serà vn Aguila en la Catedra el R. P. Fray Gabriel de Aguilera, Lector de Teologia, de nuestro Real Conuento de Malaga. Sustentarale Fray Pedro de Salas. Y se dedica el Acto à el Ilustrissimo señor Marques de Estepa, cuyo lugar en su ausencia tendrà el M. R. P. Prouincial nueuamente electo.

El dia 30. se darà fin con mil gracias à el Capitulo, rindiendolas aquel dia à el Glorioso San Geronimo, à el Sagrado estado Religioso, y Nobleza de la gran Ciudad de Ezija el dicho R. P. Fray Gabriel de Aguilera. A la tarde se seguirà el descanso de las obras, quedando en todos nosotros vna estimacion moral de las muchas recebidas, con la presidencia de el R. P. Fray Miguel del Villar y Morales: y sustentacion del P. Fr. Iuan de Morales. Dedicando el Acto à el Ilustrissimo señor Arçobispo de Granada. Y assistiendo en su lugar N. Rmo. P. Fr. Francisco Nauarro, General preterito de la Religion.

Habet ad [illegible] Ferdinandus

MINIMITANA MINIMORVM

PROVINCIA, HISPANIARVM PRIMA, GRANATENSIS, INQVAM,

ſcientiarum granis granata, prodigij maximi, thaumaturgi ſecundi, minimi magni Dei, Franciſci de Paula Proles, Theologiæ Sacræ Peritiſsimis Antagoniſtis ſalutem dicit;

ET AD CONTIONES, ET ACVTISSIMA CERtamina iuxta D. Thomæ Aquinatis mentem quatuor partes amplectentia, humilis inuitat, atque obſequens conuocat; quorum Patrocinio fixa;

QVORVMQVE FAVORE NIXA NON TEMERE non timere bonum Certamen certare, curſum conſumare, fatetur auſa, & in reliquo repoſita illi erit corona iuſtitiæ;

QVAM REDET NOBIS IN VLTIMA DIE veſtrorum iuſtus iudex.

HOC SPERAMVS, *NAM HÆC EST VICTORIA QVÆ vincit mundum, fides noſtra*, Ioann. 5. in c. Epiſt. 1. Valete.

ERIT PVBLICA PALAESTRA SANCTAE MAriæ Victricis Conuentus Aſtigienſis, & vt melius dicã, Ciuitatis Solis, ſub cuius vmbra quam deſiderauimus, ſedimus per octo dierum radios, á luce 23. menſis Septembris, vſque ad trigeſsimum eiuſdem menſis curriculum. Anni 1674. protege, faue, & vale; dixi.



PERILLVSTRI HEROI

D. D. ANTONIO FERNANDEZ DE

HENESTROSA ET AGVILAR,

NOBILISSIMÆ DOMVS

DE HENESTROSA ET AGVILAR clarissimæ propagini, capiti, ac domino, perillustris domini domus de el Pilar, atque Marchionis clarissimi de Peña, flor inclitæ proli:

QVEM ASTIGITANA CIVITAS PRO maiori stemmate tamquam primum, ac inclitum vexillarium obsequitur, quemq; virtutes, ac animi dotes spectabilem vndiq; reddidere, & quē nostra minimorum Prouincia tāquam patronum colendissimū semper agnoscit, ac beneratur semper:

TANTO ERGO PATRONO BENIGNO, AC AMplissimo fundatori hæc Granatensis Prouincia pro cōmitijs Prouincialibus celebrandis adiuncta, quot titulis sua, tot titulis grata hoc qualecūq; anathema in thelo suç gratitudinis affectuosa appēdit, & gratulabunda offert.

 Q.P.D.

Q. P. D.

An Christus in quantum homo intelligat numerum certum prædestinatorum.

I. CONCLVSIO.

ESSE reuera aliquod supræmum numen, & omnibus sua, tum maiestate, tum operatione preesse; iisdemque vicissim titulis ei subesse, ac subiici omnia tam creata, quam creabilia sic insitum est omnium hominum animis, vt re ipsa iam de tanti supremi numinis existentia, non remaneat vllus ambigenti locus, est propositio fidei contra atheistas.

II. CONCLVSIO.

ATtamen licet Deum esse absolute supponi possit veluti fide certum, tamen ad prouandam eiusdem diuini numinis existentiam ita coegit Atheorum peruicatia, vt specialem de Deo scientiam habere necessum sit, hec est theologia sacra, quæ de ipso Deo tanquam de obiecto sub ratione deitatis agit, tam absolute speculatiue, quam absolute practice.

III. CONCLVSIO.

CVm Deus sit ex natura sua ens ex omni parte incompræhensibile, idemque ineffabile, nunquam â nobis, vel â quocumque intellectu creato plene, ac omnino perfecte cognoscibile est, nec vllius quamtumvis perfecte definitionis ambitu continendum; propterea si Deum definire velles re ipsa Deum non defines.

IV. CONCLVSIO.

NOn solũ Deus ita est vnus vt non sint, vel esse possint plures dii, sed ita est vnicus per exclusionem com-

comparis omnis, vt sit tam necessario vnicus, quā necessario Deus; est fidei dogma contrahentes, cum hoc tamē stat quod huic Dei vnitati summæ pluralitas personarum nulla prorsus ratione repugnet.

V. CONCLVSIO.

EST insuper Deus entitas ita simplicissima vt ab ea omnis compositio realis omnino sequestranda sit, qua propter simplicitati Dei summę repugnat omnis quæcumque maior est quam per intellectus operatiōnem distinctio attributorum absolutorum, tum eorūdem ab invicem, tum eorumdem ab essentia, tum á relatiuis.

VI. CONCLVSIO.

ENtitas Dei licet simplicissima sit, cum á nobis ob suam præstantiam infinitam non possit ádęquato vno cōceptu simul tota cognosci, pluribus inadęquatis attingimus secundum varias sui formalitates quas attributa Dei, siue proprietates Dei vocamus, vtpote perfectiones Deo titulo diuinitatis conuenientes.

VII. CONCLVSIO.

LIcet in Deo omnes quot, quot sunt excogitabiles perfectiones ad inueniri necessario fatendū sit, essentiæ tamen D.ratio non in pelago omnium attributorum Dei; nec in intellectione actuali, & volitione simul: nec in intellectione actuali dumtaxat sita est: solum in prædicato essendi, *à se* formaliter, & ex nostro modo concipiendi sitam esse censemus.

VIII. CONCLVSIO.

DVo habemus ex fide vnum est Deum esse inuisibilem, alterum Deum esse visibilē, sed quia contradictoria sunt Deum esse inuisibilem, & Deū esse visibi-

lem, propterea recurrendum est ad varias earumdem propositionum terminationes, prima propositio naturaliter loquendo vera est, secunda falsa, propterea vt secunda vera sit adiutorium luminis de fide ponendum est.

IX. CONCLVSIO.

AN vero lumen gloriæ se teneat dumtaxat ex parte intellectus, an ex parte Dei, an ex parte vtriusque in controuersia est; ego vero vtrumque affirmo, & assero lumen glorię tantum se tenere ex parte Dei, quantum ex parte intellectus; ex parte Dei vt illam lucem inaccessibilem attemperet, essentiam applicet, vt cũ intellectu se coniungat; ex parte intellectus vt eleuatum fiat proxime potens ad visionem producendam.

X. CONCLVSIO.

ABsolute assero impossibilem esse speciem impressam si eam esse degenere qualitatis, & de potentia subiecti eductã asseratur: si tamen species impręssa nihil aliud sit quam concursus obiectiuus Dei vt essentia D. se vniat intellectui nostro in ratione speciei intelligibilis, non solum possibilem imo defacto ponendam esse necessum est.

XI. CONCLVSIO.

CVm non sit possibilis visio Dei nisi ad visionem concurrat ipse concursu obiectiuo suo sibi proprio, ita impossibile est quod videatur Deus nisi saltẽ consentiat ipse, ac volens sinat se videre; ex quo principio infero esse impossibilem substantiam supernaturalem creatam cui cõnaturaliter debeantur visio beata, cęteraue dona supernaturalia.

XII. CON-

XII. CONCLVSIO.

LIcet beati in illo felicissimo statu notum Deum videant, tamen gradus illius summæ fœlicitatis esse inæquales est dogma fidei sancitum; â quo tamen principio illa inæqualitas desumenda sit non est ita æque certum, stando tamen principijs Angelici Doctoris totam illam inæqualitatem a lumine dumtaxat desumendam esse censemus.

XIII. CONCLVSIO.

CVm ergo, vt verum fatear, sit lumen gloriæ tota ratio agendi, fit inde quod lumen glorię, quocumque spectato posse insupplebile sit: id ipsum intelligo si germane attendatur ad formalissimam rationem cognitionis intuitiue, nam attenta eiusmodi conditione tam impossibile est vnam personam videri sine alia, ac est impossibile essentiam videri sine attributis & personis.

XIV. CONCLVSIO.

NOn solum est in Deo scientia vndequaque perfecta verum ita perfectissima vt scientię legibus Aristotelicis minime subiciatur: eius primarium, & specificatiuum obiectum est entitas Diuina prout est in se in tota sua latitudine, hoc est secundum omne id quod in se formaliter habet; creatum vero vt creatum est secundarium est.

XV. CONCLVSIO.

CVm eorum quæ Deus scit nullum omnino sit, quod non vel careat, vel gaudeat existentia siue ab ęterno, siue in tempore, dicatque Angelicus Doctor eorum omnium scientiam esse aut visionis, aut simplicis intelligentiæ; euidens est omnem scientiam Dei in his duo

bus dumtaxat membris claudendam esse: scientia ergo media admittenda non est.

XVI. CONCLVSIO.

COgnoscit Deus possibilia; contingentia absolute futura; & conditionate futura: possibilia in essentia sua vt participabili â creaturis, contingentia absolute futura in suo decreto libero, & efficaci; futura vt conditionate futura vt præcisse pertinent ad vim cõsequentiæ, & illationis ad scientiã simplicis intelligẽtiæ reducenda sunt non ad decretum liberum Dei.

XVII. CONCLVSIO.

OPtime infert Angelicus Doctor omnia esse Deo ab æterno realiter præsentia ex eo quod ab æterno omnia cognoscat eo omnimodo, quo cognoscit quando res actu sunt in sua reali pręsentialitate; itaque cõsequens est vt ab æterno cognoscat illas intuitiue vt præsentes quem admodum vt pręsentes intuetur quãdo ille actualiter sunt.

XVIII. CONCKVSIO.

ESt in Deo perfectissima voluntas eodẽ prorsus modo ac in est perfectissimus intellectus non per modum nudæ potentiæ, vel actus primi tantum, sed per modum actus secũdi purissimi formalis volitionis; cuius primarium obiectum est Deus ipse creaturę secundarium, extrahuntur tamẽ pure possibiles nam ad eas nec libere nec necessario fertur Diuina voluntas.

XIX. CONCLVSIO.

EStDeus tum phisice, tũ simul moraliter immutabilis secundum actus volendi, cũ hoc tamẽ stat quod sit etiã perfectissime liber sine dispendio suæ immutabilitatis; vnde assero nõ modo actuale Dei velle necessarium,

sariũ, sed actuale etiam liberum secundũ quod liberũ est esse reuera quid intrinsecũ Deo non per denominationẽ extrinsecam, imo per denominationem internã.

XX. CONCLVSIO.

NVllam vim patitur humana libertas ex eo quod Deus suo decreto absoluto, & efficaci pręmoueat, prædefiniat, ac prædetermanet voluntatem creatam ad operandum, imo potius illo decreto efficaci, & absoluto perficitur nostræ libertatis indifferentia: nec ex eo quod Deus prædefiniat materiale peccati propterea causa peccati censendus est.

XXI. CONCLVSIO.

PRędestinatio quę est ordinatio, & præparatio Dei qua prædestinati ordinantur in vitam ęternam sic ab Augustino definitur: *Et præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur*: sic â Diuo Thoma, *est ratio transmissionis creaturæ rationalis in vitam æternam*: eius formalis essentia in actu intellectus cõnotãte actũ volũtatis saluatur tota.

XXII. CONCLVSIO.

PRæter voluntatem in efficacem qua, Deus vult omnes homines saluos fieri datur in Deo absoluta, & efficax voluntas eligendi prædestinatos ad gloriam, hęc gratuita est, non intuitu iustitiæ, cum electio prædestinandorum ad gloriam non fiat post eorum præuissa merita, sed ante eorumdem prętuisionem meritorum: nulla ergo datur ex parte prædestinandi causa suę prędestinationis.

XX II. CONCLVSIO.


INter effectus Diuinæ prędestinationis hi specialiter numerati sunt: vsus auxiliorum gratiæ vt emanant á libe-


libero arbitrio; gloria essentialis cum omnibus ad eã cõsequentibus: itẽ donũ permanẽtię, gratia non interrupta, & consummata: item permissio peccati tam in electis quam in reprouis quim peccatum intelligatur à Deo volitum quamuis intelligatur permissum.

XXIV. CONCLVSIO.

CErtus est, & determinatus numerus prædestinatorum, at cũ certus, & determinatus numerus ellectorum sit soli Deo cognitus, propterea nullus purus homo, & in hac vita degens sine speciali Dei reuelatione potest esse certus de propria, vel de aliena prædestinatione: soli animæ Christi Domini (etiam in quãtum homo est, hoc singulare præuilegiũ concessum est.

Pro comitijs Prouincialibus celebrandis in Astigitano Minimorum Conuentu Santissimæ Virgini MARIÆ Victrici sacro, propugnabit Frater Alphonsus de el Pino, sub moderamine R.P. Fr. Petri à Costilla, Lectoris emeriti. Die 23. Septembris. Anni 1674.





ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO,
DOMINO,
D.
FRANCISCO
DE ALARCON,

OLIM CANONICO, ET MAGISTRATVI Sanctæ Valerianæ Ecclesiæ, Barchinonæ, & Valentiæ celeberrimo Inquisitori, Ciuitatensis, Salmanticensis, & Pompeiopolis Ecclesiarum meritissimo Episcopo, nunc ergo Cordubensi, & Consiliario Regio dignissimo.

HVIC ERGO ILLVSTRISSIMO Domino, & in eius absentia Religioni. D. O. & C.


CHA
RI
TAS

DEAVRATO ITALORVM NIMBO,

LAVREATO NOSTRÆ

MINIMITANAE FAMILIAE MVNIMINI, RAdianti Romanæ Curiæ lychno: Cuius laus cum de virtute exordiatur humilitate crebrescit, cuius quadragesimalis pœnitentia tanquam in robore maximo fundata nitescit:

SAPIENTISSIMO MERCVRIO, QVIA SI ANTIquitus illum trium egistrum nuncuparunt, à dignitate Sacerdotali, à magnanimitate in Philosophia, & à sapientia in Theologia, te in Sacro Sacerdotio magnum veneramus, in naturali scientia te maiorem confitemur, & insuper eminenti disciplina te maximum omnes laudamus; sed vt quid in significandis tuis pignoribus immoramur, quod de te iterare non renuam; quod sequentia carmina cantant.

Sepe ego digestos volui numerare colores,
Non potui; numero copia maior erat.

Cui ergo adequātur tot celeberrima attributa?

R.^mo P. N. Fr. PETRO DE COSENCIA,

LECTORI IVBILATO, ITERVM ATQVE ITErum in sua fœlicissima Prouincia colendissimo Præsuli, deinde in prospiciendis huius Sacri Ordinis causis vigilantissimo zelatori, & tandem totius nostræ Religionis in Suprema Generalis dignitate constitutori: Tanto igitur Parenti N. hæc Granatensis Prouincia pro comitijs Prouincialibus celebrandis, has conclusiones theologicas in gratitudinis pensum sacrat, & offert.

Q. P. D.

Insignia nostræ Religionis Parenti nostro Francisco de Paula, Generali primo eiusdem à principe Angelorum Michaele de cœlo delatæ fuerunt.

I. CONCLVSIO.

VNum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate venerantes, firmiter confitemur: trinitas namque personarũ in deitatis vnitate, deitasque vna in iis tribus personis misterium inefabile (quod trinitatis appellam⁹) mirabiliter cõstituunt: quod Diuina docet fides.

II. CONCLVSIO.

ITa exuperat omnem captum creatum, & creabilẽ, hoc altissimum misterium, vt viribus natiuis â nullo homine, Angelo ve creato, vel creabili ille inaccessibilis nodus solvi possit; neque eiusdem profunditas attingi: licet de tali misterio aliquam viribus naturę coniecturam habere possint.

III. CONCLVSIO.

NOn ideo dicendum est, contra naturam hoc esse misterium; sed supra naturam; in illo vero non esse plures, pautiores ve personas, ab intrinseco prouenit Diuinę essentię cuius infinita fœcunditas, ex se petit communicari, dumtaxat per intellectum, & volũtatem duabus, scilicet, secundę & tertiæ personæ; prima veró improducta est.

IV. CON-

IV. CONCLVSIO.

HAEc trium personarum prima appellatur Pater, secunda Filius, tertia Spiritus Sanctus; ex quibus dictis infertur (quod aliàs ex fide habemus) nempe duas tãtum in diuinis existere processiones, nimirum Filij à Patre, Spiritus S. á Patre, & Filio; in Patre vero nulla sortitur ratio processionis quia a nullo procedit.

V. CONCLVSIO.

SI indubiũ vertitur an processiones sint actus intellectus, & voluntatis, vel emanationes â natura? affirmamus â natura non esse emanationes, sed proprie actus, seu operationes per modum actionis prędicamẽtalis ab intellectu, & voluntate proxime, & immediate dimanantes tanquam à virtute productiua; â natura vero tanquam á principio quo radicali.

VI. CONCLVSIO.

VAriјs nominibus nuncupantur processiones; prima, quę perfectissima est in linea intelligibili, generationis nomen adipiscitur: alia vero quia per volũtatem, spirationem omnes confitentur; sed non alia decausa nisi quia prima per virtutem exconiunctione principij procedit, quod solum intellectui competit; voluntati vero non, quia per modum impulsus, seu põderis tendit in obiectum.

VII. CONCLVSIO.

DAri in diuinis quatuor relationes reales libentissime fatemur, non tamen quatuor realiter distinctas; cum spiratio actiua paternitati, & filiationi formaliter communicetur; ita secum identificantur essentia, & relationes, sicut cœtere perfectiones, vt nulla inveniatur distinctio neque rationis cum fundamento, siue virtualis ex parte obiecti.

VIII. CONCLVSIO.

EX his namque Diuinis Personis quamlibet habere suum constitutiuum, & distinctiuũ ab omnibus cõceditur: per quid namque constituantur, & distinguantur est diuersitas inter authores, & quamvis pro qualibet parte stet probabilitas, certitudinem agnoscimus in eo quod in ratione personę, per prædicatum absolutũ, & si in ratione distinctæ per relationẽ cõstituantur.

IX. CONCLVSIO.

SIcut in diuinis vnica essentia, & natura datur, quæ communis tribus Diuinis Personis est, ita vnicam subsistentiam, & existentiam absolutam dari, affirmare debemus: cum hoc enim stat dari tres subsistentias relatiuas tribus Diuinis Personis correspondẽtes; quia vnica subsistẽtia cuilibet personę debet correspõdere.

X. CONCLVSIO.

FIlius, secunda Persona Beatissimę Trinitatis, verbũ substantiale est Patris, quod ex sua characteristhica proprietate, vt verbum est, petit, per se formaliter, & essentialiter procedere non solum excognitione omnium, quæ sunt in Deo formaliter, & eminenter, seu virtualiter; sed etiam excognitione essentię Dei, personarum, attributorum, relationum, creaturarumque tam futurarum, quam possibilium.

XI. CONCLVSIO.

SPiritus Sanctus, tertia, & vltima persona Sanctissimę Trinitatis, à Patre, & Filio exigit per se in quarto modo procedere, qui quidem si sint duę personæ, non sunt duo spiratores, sed vnus, non duo principia, sed vnicum; per indiuissibilem virtutem filio à Patre per communicationẽ desinatã, quæ indiuissibili spiratione producunt terminũ spiratum.

XII. CON.

XII. CONCLVSIO.

QVamuis Spiritus Sancti vnicum tantum sit principium, tamen, quia terminus illius, amor mutuus est, posset ex sua formalissima ratione, dualitatem per sonarum actiue se habentium, taliter quod si per impossibile vna ex his personis ita se habentibus ab esset, non daretur Spiritus Sanctus, vt modo est.

XIII. CONCLVSIO.

IN hypothesi impossibili, qua Spiritus Sanctus à Filio non procederet ab illo non distingueretur; non solum iuxta illud commune axioma: *In Deo omnia sunt vnum, vbi non datur relationis oppositio*, sed etiam quia non intellecta processione, neque esset Spiritus Sanctus, neque persona, neque Deus, sed mere figmentum.

XIV. CONCLVSIO.

TRinitas Diuina indiuisibiliter creatrix, & vniformiter omnipotens creaturarum omniũ istius mundi visibilis, & inuisibilis, causa vnica in principio extitit productionis rerum; ita enim omnes ab omnipotentia dependent, vt sine eius influxu, nec esse, nec conseruari valeant; virtus hæc creatiua ita ipsius Dei propria est, vt minime possit communicari creaturæ create, vel creabili.

XV. CONCLVSIO.

INter effectus diuinæ omnipotentiæ principaliorem locum sibi vendicant Angeli eorum substantiale esse intellectuale, seu spirituale quidẽ est, adeoque simplex, omninoque expers compositionis, vt nõ solũ ab eis releganda sit compositio ex forma, & materia corporea, sed etiam constitutio ex forma, & materia spirituali.

XVI. CON-

XVI. CONCLVSIO.

IN cœlo fortaſsis impireo; omnes Angeli tam inter ſe, quam cum vniuerſo, & non extra ipſum ſimul ſuerunt creati; in tres vero hierarchias, & novem choros etiam diſtributi: Angelicum intelligere, non eſt Angeli ſubſtãtia, nec ipſius eſſe, immo neque per ſuam ſubſtantiam formaliter omnia cognoſcit: eius virtus intellectiuã ab ea diſtincta realiter eſt.

XVII. CONCLVSIO.

LIcet defacto, & ex natura ipſius Angeli repugnet multiplicatio numerica indiuiduorum ſub vnica ſpetiæ; aſſerimus tamen quod reſpectu Dei non eſt impoſsibilis talis multiplicatio. Statuimus deinde ſubſtantias Angelicas defectibiles eſſe ab extrinſeco per anichilationem á Deo, per ſuſpenſionem concurſus cõſeruatiui; ab intrinſeco autem non ita.

XVIII. CONCKVSIO.

SPecies ſuperadditas intelligibiles pro obiectis creatis extra ſe ipſum cognoſcendis ex indigentia pręhabet Angelus; acquiſitas ex obiectis, minime, ſed á Deo initio ſuæ creationis ex exigentia naturali infuſas, non autem debito proprietatum, emanantes ab ipſius ſubſtãtia, & tot vniuerſaliores ſunt ſpecies, quot Angeli ſuperiores.

XIX. CONCLVSIO.

NEque gerit munus ſpeciei impreſſæ ſubſtãtia quælibet Angelica ad ſui cognitionem; vtitur namque ſpeciei accidentali á Deo in inſtanti ſuæ creationis infuſſa: repugnat etiã quod Angelus cognoſcat ſuas paſſiones, proprietates, & accidentia, etiam ad ſuam eſſentiam ſubſecuta per ſuam ſubſtantiam tamquam

per

per ſpeciem intelligibilem. quia vtrumque repugnat etiam de poſſe abſoluto.

XX. CONCLVSIO.

QVamvis Angelus ſe ipſum, & extra ſe tam materialia, quam ſpiritualia obiecta cognoſcat, minime neque ſe ipſum, neque alia extra ſe obiecta, poteſt ſtricta compræhenſione attingere, vnde neque Angelus inferior ſuperiorem, neque ſuperior inferiorē, etiā ſi perfecte illum cognoſcat, poteſt ſtricte comprehendere; ſolus Deus proprie, & ſtrictæ comprehendit creaturas.

XXI. CONCLVSIO.

CVm exiſtere proprie in loco, petat contineri â loco locatum, certiſsimum eſt, Angelum improprie & abuſiue eſſe in loco, collocaturque in illo per ſuum virtutis contactum; vnicum Angelum duplicem, vel plura loca ſimul habere, impoſsibile cenſemus, ſicut, & quod plures eumdem locum occupent Angeli.

XXII. CONCLVSIO.

SIcut dicitur Angelum eſſe in loco, ita tranſire de loco in locum dicendum eſt; vt conſtat ex phraſi ſcripturę ſacræ, & communi modo loquendi ſanctorum patrum: trāſire autem de vno in alterum eque dicendū eſt; non motu continuo commenſurationis, ſed virtus: cum hoc enim ſtat dari illum progreſſum in Angelo, quin medium pertingat.

XXIII. CONCLVSIO.

PEccabilis eſt ex natura ſua quęlibet creatura intellectualis, tam creata, quam creabilis; indeque, & Angelus: & ſi in primo ſuę creationis inſtanti, nec peccauerit, nec peccare, potuerit, peccauerunt defacto multi


ti Angeli, in secundo instanti; peccato quidem superbie: non omissionis, sed commissionis, mortali tamē, non veniali.


XXIV. CONCLVSIO.

EX Angelis plures per peccatum perierunt; plures vero inaccepta gratia perseuerauerunt malorum pœna incepit, quando, & bonorum gloria, illa in tertio vię malorum instanti, hæc in secundo bonorum at in nullo fuerunt simul, nec peccatum, & pœnna in malis, nec meritum, & pręmium in bonis.

Q. P. R. XVII. CONCLVSIO.

Propugnabit Fr. Franciscus de Almoguera & Doblas, sub præsidio P. Fr. Francisci de Castilla Antiquariensis Conuentus studiorū Regentis. Die 24. Mensis Septembris. Anni 1674.





IN ABSENTIA

ILLVSTRISSIMI SANC-
tæ Inquiſitionis Cordubenſis Se-
natus, minimorum Granatenſis
Prouincia, pro ſui Capituli Pro-
uincialis celebratione litteriſ-
tica hæc certamina,

NOBILISSIMIS,

ET GRAVISSIMIS
Equeſtribus Sanctæ Inquiſitio-
nis Ciuitatis Aſtigienſis Miniſ-
tris, Qualificatoribus, Con-
ſultoribus,

COMISSARIO, MAGIS-
trato Maiori, Notario, & Fa-
miliaribus omnibus.

D.O. & S.


CHA
RI
TAS
IM

CIVITATEM SANCTAM,

QVASI IN COELORVM CVLMINE EX SOLA OMNIPOTEN-

tiæ structura, sponsam immaculati agni ad Ecclesiarum Regimem, Christianorumque agminis solatium, ad perfidedæ catervæ terroré, ad veritatis catholicę propugnaculum, adheresum tandem debastationem, in terram descendentem omni varietate decoratã, Herusalem cœlestem ex veri phębi fabricatam fulgoribus, absque terrenę contagio propaginis nostram Religionem firmantem, occisi sponsi splendore, cœlum fulgentem.

CVIVS LVMINIBVS PHAETONTEAM LVCEM excedentibus tenebrosa errorum nostris fugatur calligo, cecitatis vallẽ vitę huius percurrẽtibus vere fidei trames doctrinæ suo lumine præfulgidus præstatur; cuius deauratis clipeis viridarium militantis Ecclesiæ heresiarcarum custoditur intactum.

CORDVBENSE SACRVM INQVISITIONIS TRIBVNAL,

Eiusque colendissimos contra hereticam pravitatem Apostolicos Inquisitores, & Fiscalem, legis gratiæ, æquitate cultores, orthodoxæ doctrinę infallibilisque veritatis integerrimos magistros.

MINIMORVM ILLIBERITANA PROVINCIA pro celebratione Prouincialis Capituli Astigi congregata, hos clipeos tuendos vt studeat cordialiter inuocat, vocat humiliter, vt castiget.

C Q.P.D

Q. P. D.

Primus Generalis Inquisitor in Lusitano Regno fuit Reuerendissimus, ac Illustrissimus Pater Frater Didacus de Silua, ex Minima nostra Familia alumnus?

I. CLIPEVS.

IN quatuor causarum genere nobiliorem sedem occupat finalis causa; cuius essentialis definitio, philosopho attestante, ita apud omnes recepta est: *Cuius gratia cætera fiunt*; huius diffinitionis particulæ si attente considerationi applicentur, omnia, quæ ad exactam intelligentiam finalis causæ conducunt, faciliter reperientur.

II. CLIPEVS.

ESsentialem finis explicationem sequitur diuisio eiusdem: partitur enim tam ex parte modi significandi, seu rationis formalis, quam ex parte materialis rationis, siue eius quod se tenet materialiter, aut (quod idem est) ex parte rei in finalizando. Pœnes rationem formalem finis triplici diuisione scinditur.

III. CLIPEVS.

HArum trium diuisionũ, prima principalisque existit illa, qua infinem *cuius gratia*, & finem *cui* finalis causa diuiditur. Secunda, qua infinem vltimum, & inter medium, cui rationem finis proprie competere tenemus. Tertio tandem, qua infinem *qui* & *quo*, vel obiectivum, & formalem secatur.

IV. CON-

IV. CLIPEVS.

MAteriali ratione inſpecta; finis diuiditur in operis & operantis: in principalem, & ſecundarium; in proximum, & remotum, in naturalem, & ſupernaturalem; in operatum & acquiſitum, & ſi non effectum finem; quorum explicationes ſicut & aliorum ex terminis ipſis patent.

V. CLIPEVS.

VOlitiuæ potentiæ obiectum ſtat finis, quamuis nõ adæquatum, & totale, primarium tamen, & principale: media etiam rationem obiecti ipſius vendicant ſecundarij, nam licet intrinſeca bonitate gaudeant, eſt tamen diminuta dependenſque â bonitate finis in hoc vero, finis, & bonum vnum eſſe obiectiue, tenemus.

VI. CLIPEVS.

A Fine mouetur voluntas ipſius finis appræhenſionẽ ſuppoſita, ex quo valet inferre cognitionem finis conſtitutionem in actu proximo ingredere, non tamẽ vt formale principium finalizandi, vt *quod* ſuppoſita, ſed ſolum modo tamquam conditio indiſpenſabiliter requiſita.

VII. CLIPEVS.

INfinibus per ſe ordinatis, ſicut & in agentibus proceſſus infinitus repugnat, ſimiliter, & quod idem homo efficaciter appetat pro vnico tempore duos vltimos fines totales, & adæquatos, cum quo ſtat illos eundem hominem pro tempore eodem habere, dummodo vnum efficaciter, & alterum inefficaciter habeat.

VIII. CLIPEVS.

CONuenit homini propter finem agere, actionibusque ipsius, quæ simpliciter, & absolute humanæ subsistunt, competit propter finem esse; quod illis negamus, quæ secundumquid initiatiue, & causaliter humanæ dicuntur, vt sunt indeliberatæ, hoc ipsum asserimus de necessarijs, minime vero de imperatis.

IX. CLIPEVS.

NOn solum homo, verum etiam omnia agentia naturalia propter finem aliquo modo agunt, qua propter ita contigere in brutis fatendum venit, attamen istorum in finem motio, cum careant cognitione proportionis finis cum medijs, nequaquam fit gratia finis operando, mouentur enim ab authore naturæ.

X. CLIPEVS.

DEus etiam quamuis in suis actibus necessarijs essentialibus, aut notionalibus, & in illis quibus ad extra operatur quantum ad actiuam terminationem, propter finem non operetur; in omnibus liberis operationibus etiam prout ex parte Dei se tenent, in illisque quibus ad extra operaturus existit passiua terminatione considerata, propter illum agit.

XI. CLIPEVS.

OMnis humana actio in finem vltimum retenditur, beatitudinemque in communi, interpretatiue saltim. Omne quod homo vult in particulari, virtualiter, ex parte operantis vult propter eumdem finem, & denique in omni operatione propter aliquem finem in particulari verum, vel apparentem, virtualiter saltem, operatur.

XII. CLI.

XII. CLIPEVS.

BEatitudo, quæ rationalis creaturæ summa fœlicitas est, naturalis vna, supernaturalis altera existimatur: naturalis est illa ad quam homo principijs propriȩ naturȩ peruenire potest; supernaturalis vero, quam homo sola virtute Diuina, auxilioque supernaturali consequi valet.

XIII. CLIPEVS.

VTraque enim beatitudo in perfectam, & imperfectam, in essentialem, & accidentalem, in obiectiuam, & formalem, diuisibilis agnoscitur. Obiectiua beatitudo est res cuius possessione beati reddimur; formalis vero operatio, qua aprȩhendimus, possidemusque rem, quȩ beatitudo obiectiua appellatur.

XIV. CLIPEVS.

HOminis vera beatitudo obiectiua in nullo bono creato, sed in increato esse quibit; quod Deum esse, tam quoad essentialia absoluta, quâm personalia relatiua, ita vt certum propugnamus, quod si per impossibile videretur sine personis essentia (adhuc relationibus nullam perfectionem dicentibus) periret beatitudo.

XV. CLIPEVS.

FOrmalis patriæ beatitudo operatio creata est animæ nostrȩ efficienter producta ad intellectiuam portionem pertinens, proindeque negamus Dei specialem in animȩ substãtiam, vel in eius potentias ilapsum, habitum, seu actum primum illam aliquo modo constituere.

XVI. CLI-

XVI. CLIPEVS.

A Deo nobis certum vt impossibile existit, posse formalem patriæ beatitudinem in vissione increata consistere, vt nec depotentia absoluta ita euenire valeat; siquidem in nostra sententia, neque de eadem potentia fieri potest quod creatura rationalis formaliterbeetur, mere possiue se habendo ad suam beatitudinem formalem.

XVII. CLIPEVS.

QVidditatem, dictæ formalis beatitudinis non in multiplici operatione; sed in vnica tantum, quæ perfecta assequutio, consummataque ipsius Dei possessio sit, consistere defensamus; quam operationem, claram Diuinæ essentiæ, & beatificam visionem, intellectus creati actum esse autumamus.

XVIII. CLIPEVS.

VIsionem Dei claram necessario sequitur amor, quo beati dilligunt Deum æternaliter, qui ita ex sua natura necessarius euadit, quo ad exertitium etiam, vt naturaliter secludatur à potestate beati talis amoris cessatio, cum hoc tamen stat posse ab extrinseco, & absoluta potentia interveniente ab illo cessare.

XIX. CLIPEVS.

DElectationem in beatis duplicem fatemur, vnam, qua de bono Diuino in se considerato gaudent, procedentem ab amore amicitiæ; aliam, qua lætantur de Deo, & bonis ipsius vt participatis ortum ducentē ex concupiscentiæ amore; quæ non à virtute spei; sed à charitatis habitu in esse ponuntur.

XX. CLI-

XX. CLIPEVS.

Gaudent in super beati de Deo vt præsente, & per visionem habito, & de visione ipsa qua Deum asse-quuntur fruitionibus ad concupiscentiæ amorem spec tantibus; quorum obiecta, tam proxima, & immediata, quam secundaria, & mediata adsunt Deus, & visio ipsa, ordine respicientiæ seruato.

XXI. CLIPEVS.

Beatificum statum depulcrant sanctitas, & rectitudo voluntatis, vi quarum beati existunt ab intrinseco impeccabiles; quæ quidem intrinseca impeccabilitas taliter à visione efficienter causatur, quod & si deposse Diuino impediretur amoris sequütio, ratione visionis præcisse nequirent peccare.

XXII. CLIPEVS.

Ita peccati miseria cum fœlicissimo beatorum statu pugnat, vt cum illo ome peccatum, tam actuale, quam habituale, & preteritum, imo & omissionis peccatum (etiam si Diuina, & absoluta potentia inspitiatur) nullatenus posit beatifica visio componi cum ali quo ex enumeratis.

XXIII. CLIPEVS.

Dotes animis beatorum competentes triplici numero gaudent, sunt enim, visio, compræhensio, & delectatio, quarum consistentia est inhabitibus, tamquam proprios actus operationes connotando, dos autem quæ compræhensio dicitur non in alio habitu, quã luminis glorię vt tenente habitualiter visionem consistit.

XXIV. CLI-

XXIV. CLIPEVS.

VT beatorum corpora digna sint habitacula animarum tali fœlicitate fruentium, à quatuor dotibus decorem, & ornamenta recipient, illis enim redduntur impaſsibilia, agilia, & lucida, & non ſolum luciditas, ſeu claritas illis conueniet penes ſuperfitiem ſolũ; ſed etiam penes profunditatem.

Propugnator adſtabit in Aſtigitano Cœnobio Virgini Victrici Sacrato Frater Leonardus de Illeſcas, ſubter pœnnas R. P. Fr. Andreæ Emmanuelis de Padilla, Sacræ Theologiæ Lectoris emeriti Conuentus Diuæ Mariæ Victricis Granatenſis Correctoris, ſacræque paginæ interpretis luce 25. menſis Septembris, Anni Dñi. 1674.




TVSOLASOLEDIGNIOR
CHA
RI
TAS

AVGVSTISSIMO

FIRMOQVE SENATVI.

EXPLENDICANDISSIMO TOTIVS VRbium orbis, soli, soli inquam Ciuitatum Emporio.

SI RELIGIONE, INSVPERABILI PROpugnaculo, si nobilitate, candido, ac clarissimo Scaturigini, si vrbanitate, ornatissimo theatro.

EXPECTATARVM VIRTVTVM ERArio opulentissimo, totarumque perfectionum pelago.

IAM IDEA SCIES CVI TANTA ATTRIbuuntur, & debentur maiora Augustæ Astigiensi Ciuitati, eiusque Consulibus, & Augustissimis Senatoribus, omnigenis dotibus, omni ex parte circumfultis, hæc Illiberitana Minimorũ Prouincia Diui à Paula Francisci Comitijs Prouincialibus adunata, tãquam beneuoli pectoris demontrationem & debiti iuris obsequium dicat, offert, & sacrat, hos ex Angelici Doctoris viridario selectos flores.

D Q.P.D

Q. P. D.

An iustis sit licitum opera bona mercedis intuitu operari?

I. FLOS.

DE gratia differens illa magna magnarum ala rum Aquila, tract. 72. in Ioan. sic inter alia fatur: *Prorsus hoc maius esse dixerim quam cœlum, & terram & quocumque cernitur in cœlo, & in terra.* Quę verba maxime sublimissime istius qualitatis dignitatem commẽdant; eiusque diffinitio his clauditur terminis: *Est D. Essentiæ participatio secundum quod dicit gradum intellectiuum.* Nõ est substãtia, aut substantialis forma, sed tantum accidẽtalis, animę pulchritudo à Deo tributa adiuuãdas vires ipsius, in ordine ad effectum, quem ex proprijs & impotens elicere virib⁹.

II. FLOS.

ALijs relictis statibus á theologis enumerari solitis, triplicem designo, in quo homo stitit indiguus hoc gratiæ adiutorio integritatis scilicet, puritatis, & lapsus. Tamẽ & si intellectus hominis nebulis peccati circundatus, nequeat sine D. gratię fulgore omnes veritates naturales, tam practicas, quã speculatiuas, nec collectiue, nec diuisiue cognoscere, vere sine illo aliquam diuisiue potest attingere. Homini lapso proximã & expeditam facultatem concedimus antecedenter, & cõsequenter ad aliquod bonum morale ordinis naturalis, vndequaque honestum operandũ, hac tamen nõ est ad quodvis opus ordinis supernaturalis eliciẽdũ prędito.

III. FLOS.

ABsque tutamine gratiæ, & sine istius adiutorio hominẽ lapsum impotentem autumamus, graué tentatio.

tationem euincere, etiam si in præceptum insurgat naturale; cœterũ ad leuem tentationem quãlibet vincẽdam, ex viribus proprijs potestatẽ propugnamus habere, etenim victoria leuis tentationis est opus facile nõ excedẽs nec phisice, nec moraliter, vires hominis etiã infirmi. Auxilium præstitum ad victoriã tẽtationis grauis, licet nõ sit necessarium, quod sit gratia per Christũ collata, sed tantum Dei conditoris naturæ; pie tamen tenendum est per Christum nobis conferri. Hoc namque sonant illa Apostoli verba: *Dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum.*

IV. FLOS.

EA in est homini lapso imbecilitas ad seruandã naturæ legẽ, vt Dei speciali adiutorio agnoscatur indiguus, maximeque ad præceptum decalogi Dei dilectionẽ præcipiens. Hoc intelige de actu dilectionis efficaci, & perfecto; nam imperfectum inefficacem, & cõditionatum cum solo generali auxilio potest quilibet quãuis in mortali existat peccato elicere. Et cũ gratia valeant homines quid nouerint faciendũ, certũ teneo sine illius speciali auxilio nõ posse omnia pręcepta naturalia quo ad substantiam collectiue seruare. Ita intelligunt PP. illud Pauli ad cor. 15. *Plus omnibus laboraui, sed non ego sed gratia Dei mecum.*

V. FLOS.

QVod vniuersi fructibus pluuia, hoc facit, cœlestis D. gratiæ ros siccos nãque, & aridos manebunt in peccatore actus acquisitarum virtutum; quos ipsa non torat. Sine illa, illi ad peccatorũ remissionẽ nullo modo possunt prodesse. Hoc vocitat Trident. sess. 8. c. 6. pari ratione iudico de infidelibus, nam bona illorũ ope-

ra moraliter facta nullo modo disponũt vel deseruiũt ad hoc, vt illis à Deo fides concedatur. Idẽ Trident. ita videtur insinuare sess. 6. c. 8. ex quibus deduces quod bona opera moraliter ab in fideli, & peccatori exercita ad verum Dei cultum non proprie pertineant, sed in proprie, & abusiue.

VI. FLOS.

AD fidei misteria credenda rudis est omnis humana acciditas gratia supernaturali deserta. Hoc veritas clamat per suum dilectum c. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum* Consequenterque affirmamus actũm volũtatis ad fidem requisitũ effectũ esse gratiæ supernaturalis. Actus enim supernaturalis quo ad substantiam qualis est fides qua D. creduntur, principium petit supernaturale à quo egrediatur. Sine Diuinę gratię auxilio nemo in peccato mortali potest se ad eam per attritionis actum præparare.

VII. FLOS.

QVoties bona agim⁹, Deus in nobis atque nobiscũ vt operemur operatur, qua propter attenta Dei omnipotentia liberum arbitriũ non potest actus fidei, spei, &c. Elicere cũ sola Sãcti Spiritus extrinseca assistentia, seu cum solo extrinseco auxilio, sed intrinsecũ requiritur auxilium, siue aliquid supernaturale intrinsecum eleuans potentiã vt dictos, eliciat actus. Hanc necessariam dependentiam Vaticinauit Ezechiel, c. 36. dum dixit: *Faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.*

VIII. FLOS.

DOnũ perseuerantiæ in gratia (ait Trid. sess. 6. c. 13.) *Aliunde haberi non potest nisi ab eo, qui potens est, qui stat*

statue

ſtatuere. Vitare ergo omnia peccata mortalia quilibet iuſtus vt in bono gratię diu perſeueret, non poteſt abſque ſpeciali auxilio â Deo tributo. Hoc idem videntur inſinuare illa ſacra verba ad c. 17. Ioan. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, non rogo vt eos tollas de mundo ſed vt ſerues eos à malo.* Pro Apoſtolis qui iam erant in gratia eſt oratio Chriſti, pro ipſiſque ſpeciale petit á Patre auxilium, vt ſeruẽtur â malo, & perſeuerent in bono vitãdo mala.

IX. FLOS.

GRatiæ ſanctificanti, vtpote radici cœtera ſequuntur ſupernaturalia dona, potiſsimum inter omnia eſt ſupernaturalis charitas, a qua ſecernitur reali diſtinctione. Ita intelligo Paulum dũ ad Rom. 5. clamitat: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum S. qui datus eſt nobis.* Media enim Spiritꝰ S. gratia charitas in cordibus noſtris diffunditur. Vnũ & aliud Apoſtolus ponit, vt gratiã â charitate ſemotã intelligamus. Nulla enim creatura aliquando fuit vel eſſe poteſt tali virtute prędita vt poſsit eſſe cauſa principalis gratię, iſta enim de potentia obedientiali ſui ſubiecti educitur.

X. FLOS.

IMpij iuſtificatio ita deffinitur: *Eſt tranſitus ab eſſe peccati ad eſſe gratiæ habens rationem motus non mutationis.* In ipſa vere & proprie peccatum remiti catholice ſubſtineo, cœterum implicantiam arbitror remiti impiorum peccata, per extrinſecum fauorẽ, & abſque infuſione doni alicuius intrinſeci animas impiorũ inter ne renouantis. Actũ contritionis etiã ſi Diuinum Dei poſſe abſolutum inſpiciamus, â munere iuſtificandi expertum iudico, illudque ſolum in gratia po

rimus

nimus, eamque (eodem attento posse) cum peccato simul existere iudico impossibile.

XI. FLOS.

ADultus homo per Dei potētiam absolutam potest á suis peccatis iustificari per solam gratię habitualis infusionē, de potentia tamen ordinaria, siue extra, siue intra Sacramentum, sine dispositione iustificari nō potest. Docet Sacra Trident. Sinodus sess. 6. c. 5. & 6. & can. 7. vbi expresse Lutheri hæresis damnatur. Fides autem iustificans, seu quę est iustificationis fundamentum, non est mera notitia nostrorū misteriorum; sed est iudicium seu assensus. Ob hoc bene Magnus dicebat Gregorius: *Fides non habet locum vbi humana ratio præbet experimentum.*

XII. FLOS.

SIcut fide ornatur intellectus vt placeat Deo, iuxta illud Apostoli ad hæbreos 10. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Ita voluntas cōtritione, & dilectione præuenitur ad D. gratię iustificationem. Prędicti nempe act⁹ fidei, Contritionis, &c. Ita disponunt ad gratiā vt ab ipsa in genere causę efficientis procedant, & quia agens infinitę virtutis infinita celeritate producit effectū. Impij iustificationem iudicamus instantaneā. Ipsam cōsequuntur tāquam effectus illius omnia Spiritus S. dona, iuxta illud Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa.*

XIII. FLOS.

HOmines gratia mereri apud Deū chatolice sentimus cōtra Caluinum lib. 3. Suarū institutionū c. 15. meritum enim ita describunt Auctores: *Est opus liberū bonum ex gratia profectum ad Deū aliqua ratione expectans, quod per aliquem iustitiæ modum aliquomodo a Deo compensari debet.*

debet Opera enim bona iustorum ęternę vitę meritoria sunt, iuxta illud Prouerb. 11. *Seminanti iustitiam merces fidelis.* De gloriæ corona assequenda, nostra fiducia post Deum collocāda est in bonis operibus. Licitum enim est opera bona mercedis intuitu operari.

XIV. FLOS.

ABsque aliquo actu meritum nullum dari potest; liber namque debet esse, vt meritorius sit. Ita sentit Paulus dum 1. Corint. c. 9. dicit: *Si volens hoc ago, mercedem habeo.* Nullus actus nec nullum opus bonū potest esse vitæ æternæ meritorium, nisi procedat ab homine in gratia sanctificanti existente; per quam ad statū eleuetur supernaturalem, & filius Dei constituatur. Et si regulariter loquendo solum viatores mereri possint, de posse tamen absoluto Beatus sibi augmentum gloriæ promereri. Bonis operibus iustorum extrinseca Dei acceptatio valorem non confert, sed supponit.

XV. FLOS.

VT iustorum opera vitę sint meritoria æternæ D. requiritur promissio, tamquam conditio necessaria; ita quod sine illa, completam meriti rationem nō habeant. Ita inteligo Paulū ad Rom. 4. *Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Ex vera & propria iustitia tenetur Deus æternam dare vitam iustis, supposito pacto & promissione, propter bona ipsorum opera arciori titulo, quam gratitudinis & fidelitatis. De potentia tamen absoluta potest Deus sine vlla iniustitiæ vmbra, illi ęternam non conferre vitam qui eam promeruit per opera bona, ipsius Dei promissione data.

XVI. FLOS.

XVI. FLOS.

NOn solum ad condignum, verumetiam supra condignum iustorum opera largissima Dei misericordia coronat. Ipsis alloquitur Math. c. 5. *Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Nulla Dei potestate potest gratia prima, vel quodcumque aliud merendi principium, cadere sub merito. De congruo tamen potest quilibet iustus per opera bona, quę facit in statu iustitiæ seu gratiæ, alterius reparationem seu primam gratiam mereri. Propriam vel alienam in bono perseuerantiam, nec orationibus, nec vllis bonis operibus, sibi nec alijs de condigno potest aliquis promereri. Temporalia vero secundum quod ad vitam æternam conducunt sub iusti merito cadunt.

Pro Comitijs Prouincialibus Astigi celebrandis argumentorum aderit solutionibus Frater Franciscus à Paula, Studentium Magister, Auspicante R. P. Fr. Ildephonso Guerrero, Regalis Malacitani Conuentus Diuæ Mariæ à Victoria Correctoris. Die 26. Septembris. Anni 1674.



IN ABSENTIA

EXCELLENTISSIMI

DVCIS DE SESSA,

MINIMORVM GRANATENSIS PROuincia pro comitijs Prouincialibus celebratione litteristica hęc asserta D.& S.

R.mo P. N. FR. IOANNI CASTILLO, ET GADEA,

VIRO PRAECLARO, PARITER AC plurimum Religioso, sanguine magno, propria virtute maximo, ingeniorum Aliti de super volanti, in sacra Theosophia emerito Lectori, & Magistro.

POST PLVRES MODERATIONES Boethici Gregis Minimitani, semel atque iterum Vpilioni dignissimo, & Antistiti:

SVPREMI SENATVS ADVERSVS PER DVELLES fidei clarissimo Qualificatori, & Caroli secundi Magni Hispaniarum Regis Catholici pro meritis Contionatori egregio.


SINE IPSO·FACTVM·EST NIHIL

QVEM MIRATVR HISPANIA,

ET HESPERIA COMITATE, SVAVITATE MORVM,

modeſtia, Pietate, Prudẽtia, & Nobilitate; clariſsimum Principem, & Magnatem, excelentiſsimum, inquam,

DOMINVM

D. FRANCISCVM

FERNANDEZ DE CORDOVA,

CARDONA, ARAGON, ET ROXAS;

DVCEM DE SESSA, SOMA, ET BAENA,

Comitem Egabri, Marchionem de Tabara, Comitem de Alua, de Aliſte, de Villada, de Palamos, & de Oliuito, Vice Comitem de Iznajar, Dominum de Belpuch, Linola, Calonge, & Villarum de Seron, Santiago de la Puebla, Malpartida, Rute, & Zambra:

NEAPOLITANI REGNI ARCHITALASSVM; Principatus Cathaloniæ, Roſsini, & Sardiniæ nuper Proregem, ConuẽtusqueEgabrenſisSSmi.P.N.Beneficentiſsimum Fundatorem, GranatenſisProuinciaMinimorum pro comitijs Prouincialibus Congregata vocat, vt has concluſiones Theologicas fidei protegat.

 Q.P.D.

Q. P. D.

V. Licitum sit Pastoribus, & Prælatis fugere tempore persecutionis?

I. CONCLVSIO.

FIdes immotum religionis fundamentũ, cui cœtera virtutum dona innituntur, & qua firma sunt, rerũque sperãdarum substãtia, & hypostasis, primum inchoat christiani hominis, & ad cœlestia nati vitę motum, naturam eleuat, intellectum illustrat, voluntatem dirigit, memoriam fœcundat, & abditissima misteria pandit. O altissima, & prætiosa fides!

II. CONCLVSIO.

DIuina fides, quę est actus, vel habitus supernaturalis in intellectu residens, habet pro obiecto formali specificatiuo Deum sub ratione primę veritatis in dicendo, non præcisse sumpta, sed vt connotans primã veritatem in cognoscendo, seu summam, & infinitam Dei sapientiam, ratione cuius in se ipso falli nequit: omnia quę Diuina reuelatione nobis innotescunt, & quæ articulis symboli comprehẽduntur, pertinent ad obiectum materiale illius.

III. CONCLVSIO.

REgula sufficiens ad discernenda reuelata a non reuelatis, neque potest esse sola scriptura, neque simbolum Apostolorum vt ei coniunctum, neque internus Spiritus Sancti affatus; sed sola Ecclesia ab Spiritu S. directa, qua veluti organo fidelibus loquitur, & credẽda proponit, ac reuelat. In ipsamque fit resolutio vltima nostræ fidei, quo ad propositionem, & reuelationẽ credendorum.

IV. CON-

IV. CONCLVSIO.

RElolutio fidei quoad aſſenſum, quem fidelis præbet Deo ſua miſteria reuelanti, fit ſolum in primã veritatem indicendo: & quia Deus, etiam de potentia ſua abſoluta, nec per ſe, nec per aliud mentiri poteſt, ſub indeque nec ex ipſo dicente fidei falſum ſub eſſe; non poteſt eſſe cauſa ſpetialis, & directa in nobis aſſen ſus falſi, & erronei, vt falſus, & erroneꝰ eſt; licet actum illum pro materiali cauſare poſsit.

V. CONCLVSIO.

OBſcuritas pertinens ad rationem formalem fidei, ſic explicatur: obſcuritas ex parte medij formalis pertinet ad rationem formalem motiuã fidei: obſcuritas autem ex parte ſubiecti, quæ conſiſtit in eo, quod veritas credita per fidem non videatur clare per ipſum actum, pertinet ad rationem formalem ipſius actus; quod vero ſubiectum fidei per nullum alium ac tum videat veritatem creditam, eſt condito eſſentialiter requiſita ex parte ſubiecti ad illum.

VI. CONCLVSIO.

NOn poteſt eſſe ſimūl in eodem ſubiecto actus, nec habitus fidei, & ſcientię, ac viſionis clarę de eadẽ veritate, & obiecto: cum hoc tamen ſtat, quod habitus fidei compoſsibilis ſit cum actu ſcientię euidentis, ſeu clara Dei viſione per modum tranſeuntis communica ta; & cum euidẽtia in atteſtante, quod eſt euidẽter cog noſcere, Deũ eſſe qui loquitur in ſenſu litterali & proprio, & ipſum nec falli nec fallere poſſe.

VII. CONCLVSIO.

LIcet miſteria fidei chriſtianę, ſint euidenter credibilia, ad actum internum illius requiritur pia mo-

tio voluntatis, qua determinet & moueat intellectum, vt credad id, quod ipsi cum obscuritate proponitur; & ad hanc piam motionem voluntatis eliciendam, qua intellectus determinetur ad credendum, non prærequiritur virtus, vel qualitas habitualis; sed auxilium actuale sufficit.

VIII. CONCLVSIO.

NEcessitas est duplex: vna præcepti, altera mediĳ: prior est deuitum & obligatio proueniens ex precepto per se: posterior vero est eius sine quo aliquid obtineri nequit, siue id sit ex natura ipsarum rerum siue ex institutione alicuius causæ dominantis, quę voluit, & ordinauit vt vnū sine altero obtineri nequeat. Necessitas præcepti non viget nisi præceptum cognoscatur ab eo, qui parere tenetur, medium vero semper est necessarium, siue ignoretur, siue non.

IX. CONCLVSIO.

ACtus internus fidei supernaturalis est omnibus adultis simpliciter necessarius necessitate mediĳ ad salutem, ita vt sine illo in re habito iustificari & saluari non possint secundum legem ordinariam. In lege naturę, & in lege scripta fides, saltē implicita, in Christum fuit simpliciter, & absolute necessaria, etiam necessitate mediĳ ad salutem.

X. CONCLVSIO.

ANte Christi aduētum, seu in lege naturę satis erat tunc credere Deum per suam prouidentiam velle homines â peccatis liuerare, illisque de rebus ad salutem necessariĳs prouidere. Post sufficientem legis euāgelicę promulgationem fides explicita misteriĳ incarnationis, & trinitatis necessaria est necessitate mediĳ ad

ad vtramque salutem, id est ad iustificationem, & æternam beatitudinem.

XI. CONCLVSIO.

EXterior fidei confessio à virtute fidei elicitur, & non solum imperatur; teste D. Thoma dicente: *Sicut conceptus interior eorum, quæ sunt fidei, est proprie fidei actus; ita & exterior confessio.* Professionis externæ fidei duplex est præceptum: vnum affirmatiuum de fide exterius profitenda, quando id necessarium est; alterum negatiuum de fide non neganda, & nihil vnquam agendo exterius quod fidei repugnet.

XII. CONCLVSIO.

PRęceptum affirmatiuum de fide exterius profitenda nō obligat fideles, data quauis profitendi occasione, sed tantum in quibusdam casibus: vnde per se loquendo licitum est, etiam pastoribus, & prælatis fugere, vel se occultare tempore persecutionis. Præceptum negatiuum de fide non neganda, & nihil vnquam agendo exterius, quod fidei repugnet, obligat semper, & pro semper.

XIII. CONCLVSIO.

AD hoc vt aliquis habitus sit vera virtus, sufficit quod essentiam virtus habeat: quamuis ad hoc vt sit perfecta requiratur, quod habeat statum, modum ac perfectionem virtutis, seu quod ordinet hominem ad finem vltimum simpliciter: ex quo infero fidem informem & à charitate separatam, esse veram, sed non perfectam, virtutem.

XIV. CON-

XIV. CONCLVSIO.

FIdes nec est virtus moralis, nec intellectualis, sed theologica: est eminẽter simul speculatiua, & practica, magis tamen est speculatiua, quam practica. Ordine originis est prior spe, & charitate, ordine vero dignitatis est interior charitati, sed perfectior spe, & virtutibus moralibus infusis. Prout est in nobis, omnes cognitiones naturales in certitudine excedit, licet quoad nos, sit minus certa scientijs naturalibus, & habitu primorum principiorum.

XV. CONCLVSIO.

FIdei habitus remanet in peccatore, gratia sanctificante, charitate, alijsque donis, & virtutibus infusis spoliato; nullo vero modo in hæretico, propter peccatum in fidelitatis, neque indemonibus, aut damnatis per decessum in peccato mortali, ęternamque damnationem; neque in beatis propter aduentum luminis gloriæ: bene tamen in animabus in purgatorio existentibus.

XVI. CONCLVSIO.

CAusa materialis seu subiectiua fidei infusæ est subiectum, in quo recipitur, nempe intellectus hominis, vel angeli viatoris, formalis, obiectum à quo specificatur, scilicet Deus vt prima veritas reuelans: finalis, hominis salus cuius est fundamentum, & radix; efficiens denique ipse solus Deus, á quo fidei habitus infunditur; & qui non solum reuelat ea, quę credenda sunt, sed intellectum mouet, & applicat.

XVII. CON-

XVII. CONCLVSIO.

NIhil modo creditur in Ecclesia, quod non fuerit reuelatum Apostolis clare, & distincte; nostris his temporibus occasione heresum insurgentium, & refutatione earum per sanctos Patres, & Theologos; abundantissima est cognitio mysteriorum fidei; & modo aliqua in particulari, & explicite sunt cognita, quę nondum cognita erant apud eos qui nos præcesserunt.

XVIII. CONCLVSIO.

APostoli in die pentecostes, saltem quantum ad scientiam speculatiuam cognouerunt; omnem veritatem de his, quæ erant de necessitate salutis ab omnibus credenda, & agenda; taliter quod nihil circa hoc postea fuerit eis reuelatum; ex hoc non est necessarium affirmare, quod ab illo die habuerint omnē perfectissimam notitiam practicam.


XIX. CONCLVSIO.

FAtendum est in Ecclesia dari potestatem determinandi, & iudicandi ea, quæ de fide tenenda sunt, taliter, vt non solum Deus per scripturas, & traditiones iudicet, sed humanę potestati à Deo cōcessum sit, quæ in vno supręmo capite ponenda est; scilicet Romanus Episcopus successor B. Petri, non solum in Episcopatu vrbis Romæ sed etiam in vniuersali regimine totius Ecclesiæ.

XX. CON-

XX. CONCLVSIO.

CHristus Dominus, qui capud est vniuersale Ecclesiæ Catholicę, Divum Petrum primum Vicarium sui, vt Pastorem, & Pontificem in terra reliquit: quæ dignitas non fuit in ipso extincta, sed Episcopo Romano per successionem legitimam vsque modo durat, adeo vt sit de fide directe, & formaliter Clementem Decimum esse verum Christi Vicarium. Pontificatus cum Romano Episcopatu non fuit coniunctus in sua prima institutione, sed postea a Diuo Petro.



Q. P. R. XII. CONCLVSIO.

Obtrectatorum falcibus resistet in Conuentu Astigiensi Minimorum pro comitijs Prouincialibus Fr. Franciscus Michael Serrano, sub præsidio R. P. Fr. Emmanuelis de Alua Conuentus Granatensis Sanctæ Mariæ de Victoria Studiorum Regentis. Die 27. Septembris. Anno Dñi. 1674.




A V E

ILLVSTRISSIMO

AC SEMPER VENERANDO DOMINO,

DOMINO,

D. GARTIA

DE MEDRANO.

ILLVSTRISSIMARVM, ET PERVETVSTARVM Progenium numatiæ de Medrano, & Barrionueuo celebri heroi, & Domino.

DOMINO DOMVS, ET FORTIS DIVI GREGORII, Peruetusti Sancti Bartholomei Maioris Collegij toga insignito. Salmanticensis academiæ moderatori de sexto meritisßimo.

REGALIS VALLISOLETI CHANCÆLARIAE olim dignißimo Consulari, præfato fisci Regalis Consilij, & auditori doctißimo.

CAMERAE REGIAE CASTELLAE, ET SVPRÆMI S. Inquisitionis Senatus Senatori maximopere magno, cui ergo Illustrißimo Domino Granatensis minimorum Prouincia pro comitijs Prouincialibus asserta hæc dicantur, & consecrantur.

ET IN EIVS ABSENTIA ILLVSTRISSIMAE, ET grauißimæ Vniuersitati Astigiensi.



DIVINI AGNI

DILECTISSIMAE VXORI.

PETRI CLAVIBVS,

ET TIARA MERITO ORNATISSIMAE ſponſæ. Cuius fundamenta viuentia præclariſsimi viri.

EX QVAEIS, SI QVISVIS NOPHEC IN fide in ſpe Sappir in charitate tharſis.

IN PRVDENTIA LESSEM IN IVSTITIA pitdah, in fortitudine tahalom, in temperantia achlamah; in puritate ſoom, in mortificatione Jaſpeh; omnes tamen contra dæmonax Baraquet, in ſcientia ſcbo, ac tandem purpureo ſanguine odem.

SI PER HAEC DVODECIM MICCANTIA fundamenta agnoſcis iam ciuitatem ſanctam Ieruſalem, bene agnoſcis, dico enim eius imitamento ęmulantiori.

Sacræ, & perilluſtri Eccleſiæ Aſtigitanæ,

eiuſque digniſsimo cœtui.

MINIMORVM GRANATENSIS PROVINCIA ad electionem ſui præſidis in Spiritu Sancto congregata, hęc theologica, & thomiſtica certamina corde dicat, animoſeque offert.

F Q.P.D.

Q. P. I D.

An in Remedium totius communitatis possit innocens tradi tiranno?

I. CERTAMEN.

POst totius supernaturalis ædificij fundamẽtum, & basis, quod fides Chatolica est, sine qua (vt ait Paulus) Deo placere non possumus: erectionemque animi viatorũ per spem; de charitate, nedum moraliter, verûm Phisicè, alijs virtute excellente, Divus Thomas tractat.

II. CERTAMEN.

QVis enim errauit vel habente productore micantissimum phosphorum, Divum Thomam videlicet? diffusa est Charitas per Spiritum Sanctum in cordibus nostris; estque de fide certum Charitatem esse aliquid creatum in anima: habitum verò Charitatis esse totalem, & proximam virtutem agendi in ipsius actus.

III. CERTAMEN.

OBiectum formale huiusmodi excellentioris virtutis, solummodo bonitatem essentiæ stare: bonitas namque analogicè communis bonitati per essentiam, & per participationem, vtique ab obiecto fo mali debet excludi, sicuti bonitas coalescens ex bonitate essentiæ & attributorum.

IV. CERTAMEN.

CHaritas est vere, & proprie amicitia supernaturalis inter Deum, & homines; illi namque recte convenit diffinitio amicitiæ ab Aristotele tradita: *Est amor mutuus beneuolentiæ fundatus in communicatione bono*

rum; verè, & propriè obtinet rationem virtutis, estque vnius athomæ speciei.

V. CERTAMEN.

ET si inquiras, an in charitate naturali ratio amicitiæ erga Deum reluceat? Respondetur; quod datur amor Dei super omnia naturalis, qui sit amor benevolentię, non tamen poterit iste amor habere perfectam rationem amicitiæ; sed imperfectam, intra genus amicitię verê quantum ad substantiam, non quantum ad statum.

VI. CERTAMEN.

TAntę celsitudinis est supernaturalis Charitas, vt perfectione excedat quamcumque substantiam creatam, vel creabilem; indebitaque est rationali creaturæ cuicumque. Cum lumine autem glorię in perfectione non æquatur, nec cum habituali gratia, cum ista rădix virtutum sit, quodam modo illas eminentialiter continens.

VII. CERTAMEN.

CHaritatem nostris operibus augeri indubitabile est: eius tamen augmentum per additionem partis ad partem (hoc est) per additionem charitatis ad charitatem non fit; solummodo autem eius augmentum per hoc, quod subiectum magis, ac magis participat charitatem cognoscitur; actusque requisiti ad istius augmentum ad illud dispositivê concurrunt.

VIII. CERTAMEN.

AVgmentum charitatis actibus remissis debitum, non datur in hac vita, quando homo ęqualem, vel intensiorem actum charitatis elicit; differturque vsque ad ingressum gloriæ, seu vsque ad primum instans glo-

 rifi-

rificationis, in quo homo prorumpit in actum ferventissimum charitatis, qui non habet rationem meriti; sed dispositionis tantum ad recipiendum augmentum debitum actibus remissis in via elicitis.

IX. CERTAMEN.

INcompossibilis est charitas cum peccato mortali, non solum demeritorie, & moraliter, verumetiã phisice, seu ex natura rei, & eandem repugnantiam, & incompossibilitatem invenies, etiam si ad absolutam potentiam recurras: peccatum autem mortale non diminuit charitatem; sed totaliter corrumpit ipsam: veniale veró illam non diminuit.

X. CERTAMEN.

COntra charitatem est diligere inimicum, in quantum inimicus est; tamen ex necessitate charitatis diligendus est inimicus in quantum proximus: de necessitate veró charitatis est secundum præparationẽ animi habere propositum habituale diligendi inimicum in singulari, si necessitas occurrerit; extra istam diligere inimicum est de perfectione charitatis.

XI. CERTAMEN.

ANgelos ex charitate debemus diligere: demones ex charitate nõ debemus amare, & licet non possimus demones diligere, sicut ad quem habetur amicitia, possumus tamen ex charitate illos diligere volentes illos spiritus in suis naturalibus permanere ad gloriam Dei: sicut ex charitate diligimus irrationales creaturas.

XII. CERTAMEN.

SEcundum naturam spiritualem debet homo magis se diligere post Deum, quâm quemcumque alium: detri-

detrimenta autem corporalia debet homo substinere propter amicum: cœterum in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximus liberetur a peccato.

XIII. CERTAMEN.

EX parte obiecti magis est diligendus Pater, quâm filius: ex parte verô diligentis homo magis debet diligere filium, quâm Patrem; stabit tamen, quod in articulo necessitatis filius obligatus est maximê ex beneficijs susceptis, vt parentibus valdê prouideat: per se tamen loquendo Pater magis est amandus, quâm Mater.

XIV. CERTAMEN.

DEus totaliter est diligendus, si modus totalitatis referatur ad rem dilectam: etiam si totalitas referatur ad diligentem, sic etiam Deus totaliter est amandus; nec non si totalitas dilectionis consideretur secundum comparationem diligentis ad rem dilectã, videlicet secundum proportionem æqualitatis, & in quantum Deus diligibilis est, hoc modo non potest Deus totaliter diligi.


XV. CERTAMEN.

COrrectio fraterna sub præcepto cadit: præceptũ enim eius obligat pro loco, & tempore: quando autem differtur correctio fraterna, vt melius fiat, vel omittitur propter bonum proximi, consilium charitatis est, & meritoriè omittitur correctio; quando verò quis probabiliter credit se posse fratrem emendare, & omittit ex timore, vel concupiscentia, est peccatum mortale.

diebus festis assistit Missę, satisfacit sufficienter præcepto orationis.


XXIV. CERTAMEN.

AD solum Deum dirigitur oratio, tanquam per ipsum implenda. Sanctis veró, siuê Angelis, siue hominibus exhibemus orationem, vt intercessoribus, & impetrantibus, id quod petimus. Beati autem cognoscunt petitiones nostras Deo manifestante illas in verbo. Ad animasque Purgator non dirigimus petitiones nostras, nec petimus ab eis sufragia, benê tamen â vibis ea petimus.



Q. P. R. XXI. CERTAMEN.

Horum erit disceptatio publica pro Comitijs Prouincialibus huius Prouinciæ Granatensis Lucidæ Minimitanæ familiæ almæ in Astigiensi Deiparæ Mariæ Virginis de Victoria Conuentu à Fr. Francisco Gonçalez, sub subsidio Patris Fratris Ildephonsi de Castrouerde, Malacitani Regalis Conuentus Studiorum Regentis. Die 28. Septembris. Anno Dñi. 1674.


CHA
RITAS.

IN ABSENTIA

ILLVSTRISSIMI DOMINI MARCHIONIS DE ESTEPA.

PROVINCIA MINIMOrum Granatensis pro Comitijs Prouincialibus celebratione litteristica hæc Certamina R.^{mo} Admodum Patri Nostro Prouinciali nouiter electo modulate, offert, dicat, & sacrat.

VT IPSAM SVB VMBRA alarum suarum protegat custodiat, & cum felicitate, pace, & salute regat, & gubernet.


GRATIA
AVE MARIA
Pet.º Gutierrez

MAGNANIMO, HVMILIMOQVE HEROI, CVIUS NORMA VITAE, ADEO TOTVM

evulgat orbem, vt tanquam virtutum tramiti, moderaminisque rectioris Pharo eius repositorium inter micantissimos phosphoros colocatur.

ILLVSTRI, ET PERILLVSTRI EQVITI, CVIVS Phæme, adeo clamitat, & cacuminat, vt nullus invidiæ halitus factum infectum reddat.

EXCELLENTISSIMO INTER EXCELLENTIORES viro, cuius sanguem, ita volat laureatum per ævum, vt eius proceres, in æviternum eximia claritudine protelātur, & demum Benignitatis, Prudentiæ, Magnanimitatisque, & Pietatis, Abysso, Centro, Asyloque, & habitaculo.

EN PLVRA.

D. D. CECILIO FRANCISCO DE Bonauentura, Centurion, Cordoua, & Mendoza,

QVEM INSIGNE DIVI CLEMENTIS HISPANOrum vrbis Gessoriacensis, seu Boloniensis Patronum quiritat, & oppidum de Estepa, Laula, Biuolaque, & Monte de Bay Marchionem vociferat; Torralva, Vereta, Pedrera, Cañamaes, Ocentejo, & Valdecabras dominum colit.

Quid amplius?

Excessus magnus, clarissime, & inclite Princeps,
Esset in illustres animi contendere dotes;
Quicquid enim in mundo rerum natura parabit,
Omnia te illustrant, grandemque in sæcula mundi,
Phama vociferante per orbem, nomen habebis.

Huic ergò de Castilla oppullento homini Bœtica Granatensis Minimorum Prouincia in solemnitate Capituli Prouincialis vnita, hæc ex D. Thomæ fonte certamina evibita in repensionis, & pipari muneris signaculum affectuose dicat, & libenter offert.

G Q.P.D.

Q. P. D.

Christus D. satisfecit ex toto rigore iustitiæ?

I. CERTAMEN.

VErbum caro factum est? proh admirabile misterium! ergo Christus est Deus homo. Misterium incarnationis vndequaque est supernaturale; ergo ita supra inteligentias creatas extollitur, quod non modo ab humana, verum neque ab Angelica, quantumcumque lumine naturali prędita, cognosci queat.

II. CERTAMEN.

GRauitas iniurię crescit iuxta dignitatem personæ offensę; ergo peccatum mortale in ratione offensæ, non modo secundumquid, verum simpliciter infinitum est. Offensa simpliciter infinita est; ergo purus homo, & si gratia insigniretur infinita, satisfacere nequit decondigno pro suo, vel alieno peccato lethali.

III. CERTAMEN.

SAtisfactionis dignitas crescit ad incrementum dignitatis satisfacientis; ergo opera meritoria, & satisfactoria Christi D. valoris simpliciter infiniti fuere. Infinitę dignificata opera Christi fuerunt; ergo Christus D. decondigno satisfecit pro peccatis humani generis, tametsi in infinitum multiplicata forent.

IV. CER-

IV. CERTAMEN.

SAtisfactio Christi D. ab intrinseco, seclusaque extrinseca Dei acceptatione, fuit condigna, imo, & superabundans; ad alterum iure fuit, gratiam creditoris exclusit, etiam ex propriJs fuit, nonque alio tituli creditori debitis; ergo non modo fuit satisfactio perfecta, perfectione condignitatis, & meriti, sed etiam de toto rigore iustitię.

V. CERTAMEN.

VElle Deo satisfacere pro offensa in ipsum commissa ex motiuo constituendi ęqualitatem inter satisfactionem, & offensam, reparandique ius diuinum læsum, est actus supernaturalis speciali gaudens honestate; ergo ad illum connaturaliter eliciendam necessaria fuit in Christo D. aliqua virtus specialis, ab alijs distincta specie.

VI. CERTAMEN.

QVando offertur pro iniuria obsequium æquale, tunc in resarcienda iniuria seruatur iustitia commutatiua; ergo virtus ista specialis, per quam Christus elicuit formalem intentionem satisfaciendi pro nobis, & per quam reliqui aliarum virtutum imperantur actus, non virtus religionis est, sed formaliter virtus iustitię commutatiuę.

VII. CERTAMEN.

VIrtus ista ex qua Christus D. satisfecit, est pars subiectiua iustitię, perfectaque iustitia commutatiua.

ua, virtus autem pœnitentię, vel si quę alia in homine inuenitur, illum inclinans ad satisfaciendum Deo pro lethali culpa, non subiectiua, sed pars potentialis est iustitię; ergo virtus ista iustitię diuersæ speciei est ab omni virtute, quę in puro homine reperitur.

VIII. CERTAMEN.

PActum sub conditione operis onerosi, & condigni, adimpleta conditione, inducit in promittente obligationem strictę, & specialis iustitiæ adimplendi rem promissam; ergo Deus satisfactionem Christi aceptauit ex iustitia stricta, & speciali, ex illaque hominibus offensam remisit, intuitu satisfactionis á Christo domino exhibitæ.

IX. CERTAMEN.

IVstitia commutatiua ex suo conceptu formali nullam dicit imperfectionem; ergo Deus aceptauit satisfactionem Christi D. ex virtute iustitię commutatiuæ Decretum incarnationis stat cum peccato Adami conexum; ergo ex vi huius decreti verbum D. nullatenus assumeret carnem, parente Adamo non peccante.

X. CERTAMEN.

MOtiuum primarium Incarnationis Christi passibilis fuit redemptio perfecta, quoad sufficientiam â captiuitate dęmonis; ergo si peccata actualia

ab essent, ex vi præsentis decreti verbi incarnatio nõ ad esset. Ad condignam satisfactionem pro peccato veniali dantur vires in homine; ergo propter sola peccata venialia nullatenus verbum incarnaret.

XI. CERTAMEN.

EX vnione humanitatis ad verbum, nec vna resultauit natura, nec resultare potuit; ergo vnio humanitatis ad verbum non fuit in natura facta. Ex vnione verbi ad humanitatem, vna resultauit persona subsistens in duabus naturis, Diuina, scilicet, & humana; ergo admiranda vnio verbi ad humanitatem, fuit in persona facta.

XII. CERTAMEN.

OMnis vnitas per se talis; aut est per simplicitatem, aut per veram compositionem; ergo Christus D. est vnus per veram, & propriam compositionem, & simirabilem. Personalitas verbi Diuini terminat immediate humanitatem; ergo verbum Diuinum, & humanitas sunt extrema realia huius vnicæ, & admirabilis compositionis.

XIII. CERTAMEN.

PErsona verbi non includit intrinsece in recto personalitatem, & humanitatem, nec pro vtraque in recto supponit, sed personalitatem importat in recto; & humanitatem in obliquo; ergo mirauilis composi-

tio in Christo D. reperta, non est compositio huius ex his, sed compositio huius ad hoc, seu compositio huius cum his.

XIV. CERTAMEN.

QVæ separantur mutuo, realiter entitatiue distinguuntur; si quę non mutuo separantur, realiter modaliter diuersificentur; ergo vnio humanitatis ad verbum, realiter, modaliter ab vtroque distinguitur extremo. Vnio hæc est quid incompletum, humanitati essentialiter affixum; ergo est modus substantialis, tametsi supernaturalis.

XV. CERTAMEN.

TErminus formalis, quo, alicui⁹ actionis est forma, terminum totalem illam terminantē constituens; ergo terminus formalis, quo, actionis incarnatiuæ non est personalitas verbi, neque modus hypostaticę vnionis, sed humanitas, vt verbo vnita, lyvtre duplicante vnionem vt conditionem, & humanitatem tamquam rationem formalem.

XVI. CERTAMEN.

GRatia parentibus fuit data intuitu Christi venturi, & aliàs meritum congruum ęqualitatem non petit; ergo antiqui parentes verbi incarnationem decōgruo meruerunt, non solum quoad circunstantias, sed etiam quoad substantiam. Incarnatio opera Christi ante-

tece-

tecedit; ergo illam mereri non potuit neque decongruo, nec decondigno.

XVII. CERTAMEN.

VErbum D. & si vere, & realiter factum fuit homo, non est humanitatis passivum, aut receptivum subiectum, nec vnionis realiter ab illo distinctę, sed pure intrinsecus terminus, per quem terminatur, & personatur humanitas; ergo verbum Diuinum per incarnationem nullatenus fuit intrinsece mutatum.

XVIII. CERTAMEN.

NOn minus infinita in terminando est persona patris, & Spiritus S. quam persona filij; ergo quælibet ex diuinis personis potuit sibi assumere naturam creatam. Totę tres personę immediate terminant Dei naturam eamdem; ergo omnes tres personæ simul possunt terminare eamdem numero naturam creatam.

XIX. CERTAMEN.

VIs assumptiua Diuinæ conueniens personæ non comprehenditur ab vnica natura creata; ergo quælibet persona Diuina simul potest plures terminare naturas. persona creata finita omnino insubsistendo est; ergo, nec attenta Dei potentia absoluta, persona creata alienam potest terminare naturã, nec simul, nec successiue.

XX. CERTAMEN.

CHristus est substantialiter vnctus; ergo, & substantialiter sanctificatus. Sola diuinitas constituit substantialiter humanitatem obiectum congruum Diuinę dilectionis amicabilis; ergo humanitas Christi D. non sanctificatur formaliter ab vnione hypostatica, neque á personalitate verbi secundum explicitũ personalitatis, sed á sola natura Diuina.

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

* Q. P. R. AFFIRMATIVE. *

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

Huius certaminis erit publica palestra Cœnobium Diuæ Mariæ Victricis; insurgentium tellis resistet Frater Petrus de Salas, sub tutamine P. Fratris Gabrielis de Aguilera, Sacræ Theologiæ Moderatoris Regij, Malacitanique Conuentus. Die 29. Septembris. Anno Dñi. 1674.




AVE
MARIA


ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO,
DOMINO,
D. FRATRI
FRANCISCO
DE ROIS, ET MENDOZA,

OLIM VESPERTINAE CATHEDRAE Salmanticensis Academiæ moderatori, Contionatori Regio, immaculatæ conceptionis cætus censori, ore extremæ regalis exercitus Vicario Generali, Calatrauensis Ordinis, & Conuentus Priori magno electo, pax Augustę Episcopo Consiliario Regio, nunc denique Archiepiscopo Granatensi.

D. & O.

ET IN EIVS ABSENTIA REVERENDISsimo P. N. ex Generali.




PAPELES
VARIOS